

A. GISELENI  
BVSBEQVII  
omnia  
quæ extant.  
*Cam Privilgio.*

AMSTELODAMI.  
Officina Elzeviriæ.  
Anno 1660.

1660.

5

# T Y P O G R A P H I

benevolo Lectori.

S.

**P**Rodeunt, benevole Le-  
ctor, ex officina nostra  
Amplissimi viri Augerii  
*Gislenii Busbequii* om-  
nia, cum ejus diu multumque de-  
sideratis Epistolis ad Rudolphum  
II Imperatorem, opera; quæ  
quod hactenus separata in lucem  
prodierunt, nos à doctissimis viris  
tum sæpè rogati, tum, quam grata  
& utilia sint, certiores facti, uno  
volumine typis nostris ea damus  
excusa, ne multorum desiderio,  
aut literarum commodo deesse  
videamur; sed potius ut operâ &  
propensâ nostrâ ad literas ornan-  
das voluntate res literaria, quan-  
tum in nobis est, melior politior-  
que reddatur. Vale, & labore no-  
stro feliciter fruere.

+

# CONTENTA

hoc libello.

I.



Vgerii Gislenii Busbequii  
Legationis Turcicae E-  
pistola quatuor. pag.  
12

II.

Ejusdem Exclamatio, sive de re mi-  
litari contra Turcam instituenda  
consilium. p. 393

III.

Solimanni Turcar. Imp. Legatio ad  
Ferdinandum Roman. Cæs., anno  
clx Ix xlii. p. 449

IV.

Ejusdem Busbequii, Cæsaris apud  
Regem Gallorum Legati, Episto-  
la ad Rudolphum II, Imperato-  
rem: ex Biblioth. Io. Bapt. Hou-  
waert, f. C. Patritii Bruxellensis.

464

Pramissa est vita Auctoris. 8

L.CAR-



L. C A R R I O  
N I C O L A O M I C A U T I O ,  
I N D E V E L D I I D . R . M . ,  
in consilio secretiori Con-  
siliario , S. D.

**N**morte filii tui Maxi-  
miani, V.cl. ab Arnol-  
do Grisperio, optimo &  
doctissimo viro, mihi  
nuntiata, lacrymas non tenui: cui  
illa, pleno gradu ad veram laudem  
properanti, nuper Aurelianii nimis  
immature manum injecit. Et ta-  
men, si verum fateri volumus, in  
hac fatali universitate prope dixerim  
Europæ cœnversione, ita hodie  
sunt tempora, ut, si unquam alias,  
jam verissimum sit dicere, OPTI-  
MUM esse non nasci; proximum,  
quam citissime denasci: utque co-  
rum, qui apud plures sunt, non

### 8 EPIST. DEDICAT.

venire posset, cum aliis communicari cum non nolle certe scirem: operæ pretiuni putavi hæc typis Plantiori committere. quod ipsum etiam Busbequium non nimis ægre laturum spero, si tu editionis hujus periculum in te receperis. quod ut facias, te etiam atque etiam vehementer oro. Vale, Avareci Biturigum. i Feb. clo lxxxii.

---

## AUGERII GISLENTI BUSBEQUII VITA.

**A**ugerius Gislenius Busbequius, Comini, Flandria oppido, natu est; unde & Philippo Cominæo, Historiorum nostratium Princi, cognomen. Pater Egidius Gislenius, Busbequa, ad Lysam fluvium sita, Toparcha, peruersto & nobili apud Flandros genere. Iuvenis in paternis edibus educatus, Lovani, Lutetiae, Venetiis sub Ioanne Bapt. Egnatio, post Bononia & Patavii tonis litteris operam dedit. Patre e vivis sublato, in Angliam à Don Petro Lasse,

Fer-



AUGERI GISELENII  
B U S B E Q U I I  
Legationis Turcicæ  
*Epiſtola prima.*



Uod tibi discedens promiſeram, fore, ut de toto itinere meo Constantinopolitano certior à me fieres, in eo fidem liberare volo, &c quidem ( ni fallor ) liberabo cumulate. nam ad iter Constantinopolitanum accedet Amasianum , illo haud paſſo minus tritum minusque vulgare. Tu , si qua mihi jucunda evenisse intelliges , tuant partem voluptatis ferres , quod pro veteri necessitudine noſtra nihil habeam , quod mihi non ſit commune tecum. ſin qua evenerunt , quod in tanta itineris magnitudine & difficultate fuit neceſſe , moleſtiora , nihil ad te pertinere judicabis ; quod ea præterita , quod fuerunt in experiundo graviora , eò mihi ipſi nunc fiant recordanti jucundiora. Non te fugit , cum ef-

ſem